

B289 RMK I  
THRENODIA 1098a  
LVGVBRIS CANTVS,

In Ultimum honorem & perpetuam  
omnium beneficiorum acceptorum  
memoriam,

Super  
Obitum placidum & beatum  
*Gen. Nob. & Maximé Sternui VIRI,*

DN. STEPHANI WIT.  
T N Y E D I

DE & IN MUSAY &c.

Illustrissimis quondam Comitibus

NICOLAO ZERENY, & FRANCISCO WESSELENY  
&c. à Confiliis intimis &c. Demini

Patroni pię recolendi,  
trifitcum Musa,

debitāque observantiā decantavit F. Széch  
succinentibus Sympatriotis nyi.

GEORGIVS DöMÖTÖR

CONV. NOB. VIC. REG.  
EPERIESINI.

Anno 1670. Die Martij.

CASSOVIAE,  
Typis, ERICI ERICH.



RVK. I.  
1098a

Incitatio Musæ ad supremo honore atsciendum Patronum.

**R**Elisque Pindi culmen amabile,  
Te triste poscit Sempronij solum,  
Thalia, grato da Patrono  
Exequias lachrymis acerbis.  
Vt ille quærat commoda Patriæ:  
Vt formet altos justitiæ pedes;  
It sapè: sed nunc, proh! tenetur  
Debilitatus obire mortem.  
Audire acerbum quod fuit omnibus,  
Quicunque noscunt Wittnyedi genus:  
Quibusve conforrem esse vitæ,  
Consiliisque frui patebat.  
Pulchrè cadentem tempore deteri  
Oblivioso provida non sinit  
Virtus, tubæ quin personanti  
Rite dabit celebrare famâ.  
Humanæ temnens mente per arduum  
Ivit, nec ardens purpura Curiæ  
Romana perstrinxit tuentis  
Lumina, non hebetavit auri  
Fulgor, vel argenti nitor, ætheris  
Spectare fvetum splendida sidera:  
Edura fregit, vicit austera  
Lenia; blanda removit arte.

A 2

Non

Non sumptuosum munere subruit  
 Hic mundus altum pollicitus, neque  
     Mollivit aversum favoris  
     Illecebrâ, tumidiq[ue] honores.  
 Hinc Sanctus ardor, Spes Pietas simul,  
 Suis nitentem dotibus & choris  
     Cœlo bearunt: hinc repressit,  
     Tartarei fera castra Ditis.  
 Hinc post avitô robore pectoris  
 Firmatus alti; nil metuit minas  
     Vicesque fortunæ & malorum  
     Agmina, cùm moriturus esset.  
 O magna Virtus! dicere in exitu:  
 Non pejerabo fœderis irriti  
     Reus, fidem nec diffitebor,  
     Quam semel institui fateri.  
 O dulce gentis Pannonicæ decus!  
 O clare sanguis magnanimum Patrum!  
     Tu Galba, Aristides, Catoque:  
     Tu Patriæ fueras Achilles.  
 Te propter altè nunc Proceres gemunt:  
 Te terra plangit Teutona, Principes:  
     Te te Viratûs atque septem:  
     Te populi repetunt cadentem.  
 Per te tuuentem justitiæ nitor  
 Accepit auctum lumen amabile  
     Quando levasti lege pressos,  
     Dexteritate tuâ fovendo:  
 Tu Fautor Artis cum studiis bonis:  
 Tu provocasti membra decentia,

Quæ

Quæ dogma Christi ritè possent  
 In medio resecare turbæ.  
 Hinc te jacentem nos quoque questibus  
 Flemus, Clientum fidus amabile:  
     Hinc laus Sororum magna Pindi,  
     Et Charitum celebris Patronc.  
 Proinde frustra fœvities furit,  
 Edaxque livor; scimus ut occidens  
     Fatumque devotamque mortem,  
     Sustuleris pietate magnâ.  
 Frustra malorum clam tot imagine  
 Sparsa fremebant noxia pectora;  
     Nam Numen avertit sine iactu  
     Innocuo propriata tela.  
 Titanis at cùm lumine clarior,  
 Subsedit arces visere lucidas  
     Et celsa Divum regna & omnem  
     Salvus adit numerum pitorum:  
 Pubes ovantum quum tenet alitum:  
 Et cùm resulget gratia Numinis  
     Iubetque scintillare Cœlo  
     Sidereis medium choreis.  
 Dic Musa, Lethi nescius horridi,  
 Sis dignus almae fortis honoribus:  
     Cœlo perenna: pulchra nec Te  
     Deserat, ah! sine laude Virtus.

II.

**Consolatio ad Coronam lectissi-  
morum pignorum.**

A3

Arcem

**A**rcem jām Superūm tenet  
Stellatum Genitor Nobilis, & graves  
Curas exuit ingeni,  
Cum vītātūr hāc ; sic Amor abstulit  
Virtutis memor igneæ.  
O faustos oculos lumine splendido!  
O cōclō radians Caput !  
Quantæ fortis erat sic Domino Poli  
Iungi pectore fulgido.  
Invanum revocas tot querimoniis  
Mortem tām subitam Patris  
Extincti genitūm mœsta cohorspiat  
Frusta sollicitas Polum !  
Sat vixit Patriæ, sat quoq; laudibus;  
Non huic vita superstici  
Æquè chara fuit, ceu bona publica :  
Non sumptus varij & labor.  
Author quin monitis consiliō & bonō  
Cunctis ut Themis adfuit  
Et junxit fidei castus amor DEO.  
Hinc prisci generis decus  
Observans veterum jura Penatium;  
Nil imum aut humile edidit:  
Nil quod magnanimis justitiæ Arbitris,  
Non gratum fuit integrè.  
Pro quo ferta manent & pia præmia,  
Virtutis memorabilis.  
Non, non, pol! Lachesin crede adaman.  
Flectes, juraqué Saxeæ: (tinam  
Mortales stabili lege necessitas Cogit

Cogit cädere nescia.  
Quare cùm satis est jam lachrymis datum,  
Cordis quid laceras domum ?  
Quid voces geminas? funde preces Deo,  
Illi namque laboribus  
Functo, nectar Amor præbuit aureum  
Æternā ambrosiæ dape  
Convivam superūm non humilem beanis.

III:  
**D**emortuus de Transitoria Vita  
agens, Patriæ & suis valedicit.

**M**ely hamar az árnyék udvara megh bomlik  
Mely gyorson az fónek virágja le. omlik;  
Vgy Embernek élte :  
Az melyre emelte,  
Istennek egy hatalmas karja ;  
Mindennel eszben vétel nélkül el-hagyatni :  
Erejétül és szinétül megh foíztatni :  
Ez árnyék Világban :  
Mint edgyizző lángban,  
Szemünk előt gyakran láttatik,  
Hová lén Iulius Csásárnak hatalma ?  
Hová lén Attilla erős birodalma ?  
Nem de mint az Virág ?  
Avagy mint az Zöld ágh  
Földé, Porrá, Hamuvá valtak.  
Az Salomon Király mit nem fényeskedet ?  
Az Darius Háza mennyre nem terjet ?

Möt

Most abban semmi nincz:  
El fogyot minden kincz:  
Csak mint az sebes szél el multak.  
Tekinted meg amazérös Héctor Vitézt:  
Vgy Nagy Sandort, kitőrt sok harcban rezzenélt:  
Nem de nem élték!  
Mind puspáng nyölték?  
Most pedigh ritkán hirek hallék.  
El- romlot életek föld edenyek lévén:  
El-hervadot szivek; mert folyta kelevén:  
Az halára utat,  
Mely földben be szállat;  
Ezzel bizonyossan mutatták.  
Ezen forsolom nékem lén most édes, hazám:  
En-is te érettetd sokat fáradozám;  
Es hogy ez életben:  
Nagy jó becsületben:  
Mindenektől immár tartatnám;  
Akkor te tűled Dajkámtúl megh válnom:  
Akkor az véletlen halált megh kostolnom;  
Barátim jaijával,  
Gyermekim káraval,  
Kölleték az nagy hidegh utban.  
O kegyetlen halál ki most támödtál! - rám  
Hová lett jegh szived, hogy nem gondolkodtál!  
Nem de nem voltaké?  
S-Nem találtattaké?  
Az kik után kászrad hajtanád.  
Nem de el fogyraké házáknak rontoi?  
Nem de el veizteké vérünk ki ontói?

Az

Az Pogányságh között,  
Ki megh környékezzet,  
Nem de elég prædat lőltéle?  
En ugyan hogy lašlam édes megh váltomat:  
O hajtva kivantam drágha Zálogomat;  
Melyben boldoghságha,  
Órök vigaságha,  
All egyedül minden szenteknek.  
Mind az által hogy ha ez Világhban való,  
Anyaszent-egy-házát, mely keresztben álló;  
Edgyeser virágözni:  
S mindenút áldoznij:  
Lélekben megh érhettem vóna.  
Annál tudom nagyob órómöt szivemben:  
Erezhettem vóna be menven Mennyegben;  
Az hová várando:  
Minden megh tartando:  
Igaz Lőki tagja Christusnak.  
De hogy boldoghságom tellyesel vételét:  
Isten Országában lólkömnek lételét:  
Megh ne késlethesse  
Szivem jelentése  
Befzédemet hozzatók téfzem.  
Mivel azért cserep töredékeny Ember:  
Az kiben az vétek csak hamar fészket ver;  
En-is vóltam gyarla;  
Hozzatók haszomlo:  
Ha mint ez eletben vétettem.  
Ennekem Christusnak kényszerkedéséért

B

Isten

Es Szent Halálának drága érdeméért  
 Valakikkal éltem,  
 Szoltam, jártam kőltem  
 Szűbül kértem most megh engedgyen.  
 Isten légyen tehát édes hazám hozzád:  
**Isten** oltalmazza kívül belől bástyád:  
     Adgyon csöndességet:  
     Kívánt könyebséget:  
     Minden nemzetek népekőzt.  
 Tíkteket is kegyes Méltoágos Vrak:  
 Grossok, Szabadosok, kiket nagy kú Várak;  
     Vitézlő tiszép néppel:  
     El-rendőlt sereggel:  
     Ekesitnek mint fejt az tagok;  
 Istennek hatalma és erős nagy Karja:  
 Tígyen erősekke, hol szívetek varja:  
     Hogy pogány népeknak:  
     Ti ellenséghteknek:  
     Légyen előtterek romlása.  
 Igy tinétek szabad Király Városok:  
 Nemes és Nemzetes Főrendek Tanácsok:  
     Az Izép szabadságot  
     Fényes igalságot  
     Istentül adatratnij kívánom.  
 Engedgye tárháztok bekeféséghben légyen:  
 Órókós joszágok naponként terjedjen:  
     Az Christus Vallása:  
     Igaz Tanítása:  
     Szívetekben órómot gyujcsón.  
**Isten** veletek is szerelmes magzatim;

Kiken

Kiken most zökognak rokonym s-barátim;

Nevelkedésteket:

Hoszu életteket:

Az Vr kérém engedgye menybűl.

Tígyen erősekke az jo szándékokban:  
 Nevellyen az hútben s-tób ajándékokban:

Hogy edgymás tzeretők:

Hireteket feltők:

Leheffletek minden üdőben.

Ezék után Menyben csöndesz halál által:

Az Vrnak Angyali szolgálattyok által:

Tíktek is vigyen bé

Az boldogh órómbe

Kivánom azt tellyes szivembűl.

IV.

## Chronodistichon continens Annum, Mensem & Diem mortis.

Vt FaCl6Vs FebrVVs 6ls seX eXarsIt & Vnā;  
 Magna WyttneyD regna beata JVbit.

**F** Lebat magnanimis tellus Pharia orba Dynastis  
     Plangebatq; suā pectora mœsta manu.  
     Ardua Pyramidum redolebant culmina voces  
         Atque Echūs paſsim flebile carmen erat;  
     Nunc pro Nilacis funesto heu! omine terris  
         Hungara certatim pectora plangit humus.  
     Nobile stemma dolet, casum, fidiique Clientes  
         Pieridumque chelys nīl nisi mœsta sonat.

Bz

Ite,

Ite, rigate sinus jacet heu! Wyttneydus Heros;  
 Parcite de reliquo stemmate surget honos;  
Ita contortans voluit cordolum suum  
 ANDREAS SZÁNTÓ, Pnbl. Pre. Gram.

**F**le Pietas, fle Relligio, fle docta juventus,  
 Totus Musarum fle, gemitus, plange chorus.  
 Plangite Pieridum cultores pectora palmis,  
 Indue te nigris vestibus, alma Themis.  
 Nigrâ cinge Comas myrrhô tristique cupressu  
 Phœbe, tuas justi causa doloris adest.  
 Nam pietatis apex & Relligionis asylum  
 Occidit & clari fida columna chori.  
 Non habitura Virum, melior Sententia menti  
 Cuî sedeat: tellus nec genitura parem.  
 Ergo flet pietas, flet Phœbus, fletque Minerva,  
 Relligio passis fletque gemitque comis.  
 Dant Musæ planctus, resonat plangoribus æther,  
 Parnassus lacrymis totus ubique madet.  
 Vnicus ille fuit Meccenas tempore nostro,  
 Quo vivo viguit Curia, Templa, Scholæ.  
 Sumtibus ille suis multos promovit egentes,  
 Qui nunc in populum dogma salubre ferunt.  
 Occidit heu Patriæ columen memorabile nostræ,  
 Wyttneydum perit summa columna domus!  
 Ah, ah quam tenui pendent mortalia nexu,  
 Ecce ruunt subito quæ valuere diu!  
 Luget jam meritò pietas extorris & exul,  
 Amittit clarum nam pietate Virum.  
 Luget Nobilitas, quæ sœpè pependit ab ipso,  
 Prudenti quoties res egucere Viro.

O Pa-

O Patria! ô patriis contermina moenia campis,  
 Et Pater, & fidus morte Patronus obit.  
 Vir Generose precor tua svaviter ossi quiescant,  
 Perpetuum Salve, perpetuumque Vale!  
Affectu humili, tristissimo animo adgemitus  
 STEPHANUS SZÉP, Kőszegen. Nob. Hung.

Lacrymæ doloris testes.

**S**ic libet, & fas est funestos condere lessus,  
 Melpomenesque juvat sollicitare chelyn.  
 Sic decet: Epperiae jungunt lugubre Camoenæ  
 Metron, & in lacrymas, qui dolet, omnis abit.  
 Tristes addo Elegos, quod si titubare videntur,  
 Angor, & ægra magis concutit ansa, dolor.  
 Ille, per Hunniacas famâ notissimus Vrbes,  
 Tutamen Patriæ, subsidiumque Scholæ.  
 Ille, cui mistus Gravitati Candor Amorque,  
 Ne scio, quando fides, quando parem inveniet.  
 Perpetuò recubans, urgetur lumina somno  
 Argus & heu! tanti Nominis ille jacet.  
 Omnia devitans, Lachesin vitare nequivit  
 Wyttneyd, ah! vita munere dignus obit.  
 Occupuit Stephanus, quando nascetur? ad astra  
 Ingenio volitans, jam super astra volat.  
 Inde Poli gaudent, sed deflet Patria casum;  
 Patria non casum; sed tua damna dole.

*Apposuit inter dolores*  
 JOHANNES VÖRÖS, Bázinien. Nob. Hung.

**E**cquid purpureo Titan temone recessis?  
 Cur tam præcipiti volvitur axe rota?  
 Siste gradum, fortemque stupens Pyrcenta reflecte,

B3

Debue-

Debueras Vultus condere nube tuos.  
En qui Pannonicō radians fulgebat in Orbe,  
Occidit, heu! nunquam Sol oritur, obit,  
Qvive serenabat Virtutis luce tenebras,  
Funereā condit nobile nocte caput,  
Et jam Leucothœ funestos sumit amictus,  
Ac tremulas inter Sol tegit ora faces,  
Patria squalenti fodat sua pectora vultu,  
Et queritur vitæ tristia damna suæ.  
Cūi tam marmorei circum præcordia nervi,  
Vt non in lacrymas tristitia actus eat?  
Ite ergo lacrymæ, dolor imperat, ite fluenta,  
Flere juvat, dulce est publica damna queri.

*Afflictus tristissimi causâ apposuit*  
JOHANNES SZVETICS,  
*Kőszög. Nob. Hung.*

*Monoceros effirat marcat rosa.*  
**I**lléne, qui levibus quondam velocior undis,  
Threicisque Notis ocyor antè fuit;  
Illéne, Pannonicæ liber qui compita terræ  
Tranabat, nullâ saucius arte Virum;  
Vnum pro multis placidâ qui fronte gerebat  
Robur, jam Lachesis falce repente cadit?  
Ille cadit, langvent alæ, rosa marcuit. Eheu!  
Robore quis Pindum muniet atque Viros?  
Ecquis odorifero Cives mulcebit odore?  
Ac Themidis tanto pectore jura feret?  
Pergite magnanimi legite hæc vestigia Nati,  
In yobis nasci mortuus ille potest.

*Ita gemebundus ob casum, meliora ominatur*  
STEPHANUS HOSZTÓTI,  
*Nob. Hung. Kőszög.*

*Occasus oritur.*

**M**elpomene mœstas quid cessas promere voces?  
Cur non lugubres occinis ore modos?  
Forstran ignoras tanti monumenta doloris?  
Dùm cadit Hunniaci gloria magna Soli:  
Vir Pietate gravis, famâ super æthere notus,  
Mułarum fautor, dum fuit, ille fuit.  
Qui cùm mortalis fuerit, sic vixit in Orbe,  
Vt non mortalis post sua fara foret.  
Iam cecidit, sœvâ Libytinæ falce peremitus,  
Quô casu pressum tollit ad astra caput.  
Sprevit quippe metûs, & inexorable fatum:  
Nam finem tantis scivit adesse malis,  
Ergo crudeli tuperatus, morte triumphat,  
Post mortem vitam dùm capit ille novam.  
Occidit, hòc oriens oritur coelestibus oris,  
Et fato extintus clarior igne micat.

*Ad contestandum animi dolorem hac adjicere voluit*  
JOHANNES UNGER,  
*Semp. Nob. Hung.*

*finisse rata sunt omnia.*

**V**Ita dolor certus, fragilis spes lubrica sortis,  
Tempore quæ nullo gaudia clara vehit.  
Monoceros Patriæ fuerat, quod dulce levamen  
Cedit, & heu subito morte furente cadit.  
Cedit ut ætherias veloci tendat ad auras  
Remige, qui pennis fultus ad astra volat.  
Sustulit hic latus se, certaque gaudia stirpis  
Sustulit, heu Patriæ corruit auxilium!

Lugeat

Lugeat hunc Orbis, meritò plangantque Camoenæ,  
Rarus Meccenas qui stetit ante, ruit.

*Eundem dolorem exprimere  
volens, adjectit.*

MICHAEL HERICZ,  
*Nob. Hung. Károlyi.*

**V**iderat infesto turbari Marte Dynastas  
Parca & Tisiphones agmina fraude rapi:  
Viderat, &, jungam, dixit, mea tela furori,  
Nec parcam tanto strenua Parca Viro.  
O subitos casus! ó tristitiae lamenta!  
Non pieras, non hunc liberat alma fides?  
Ictus lethiferi Wytnedy culpide teli  
Qui virtute stetit fultus ad ima ruit.  
Flete pii fatum nam pulsa columna labescit;  
Nescio, quem calum tanta ruina trahat.

*In eodem dolore adjicere voluit  
GEORGIUS TÖRÖK;  
Semp. Nob. Hung.*

**E**Heu jam, Fautor, mundum decorate relinquis,  
Tu fueras fidei murus & auxilium.  
Eccur tam subito ex hoc te mors sustulit Orbe?  
Annus progenies Te gemit alme tua?  
Flete Poli roli Fautorem, flete Camoenæ!  
In que pias lacrymas angulus omnis eat.  
Fac hujus Numeri Virtus florescat in ævum,  
Huncque, peto, turbis adnumerato tuis.

*Simili dolore talitus conscripsit,  
ADAMUS KEÖSZE ÖGHY.  
Studioſus Poëſ.*

